



1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.



1663.

1. <sup>2</sup> Moellerus, Johannes Henricus: Conductor Carolinus sine de conductu Electoribus eorum, Legatis Electoris peraganda causa inter facientes debito.
2. Deckerus, Fredericus: De traditione, qua hauserunt dominium ad l. 20 C. de pactis
3. Deckerus, Fredericus: De prorogatione jurisdictionis.
4. Deckerus, Fidelis: De usufructu.
5. Deckerus, Fredericus: De testamentis.
6. Deckerus, Fredericus: De revisione ob summas non appellabilem.
7. Feyerabend, Georg Henricus: De poenitentia.
8. Heublin, Georgius: De re judicata propter instrumenta noviter reperta non retractanda
9. Krauss, Joh. Philippus: De incerta dotis promissione ad l. 111. C. de dot. promiss.

1663.

10. Lessius, Georgius: De sacris  
11. Pustalugy, Stephanus: Decas quaestionum juridicarum  
12. Rehhan, Johannes: De jure senatus senectutis que prioris-  
jus  
13. Rebstock, Johann Jacobus: De thesauris  
14. von der Rœck, Mordeus: De collatione bonorum.  
15. Tentor, Joh. Wolfgangus: De remediis adversus  
sententiam competentibus.

1664

1. Asehen, Huricus, von: De lege Rhodia de jactu et  
ejus contributione  
2. Mauser, Joh. Leonhardus: De dominio  
3. Boellerus, Joh. Huricus: Civitas maritima  
4. Decherrus, Fridericus: De officio mandatarii  
5. Decherrus, Fridericus: De legitimatione  
6. Decherrus, Fridericus: De prudentibus horarumque  
responsis

1669

7. Erbenkamp, Inventus: De simulatis contractibus
8. Felzer, Johann Jacob: De haderis juris consultorum  
responsis
9. Khun, Wilhelmus: Resolutio & naturales 2 feud. 26-  
si de feudo defuncti contentio est inter dominum  
et agnatos vasalli.
10. Mohr, Joannes Amadeus: De reconventione
11. Rehn, Johannes: De curiis.
12. Rieden, Georgius Bernhardus: De revisione ob  
summam non appellabilem.
13. Selizius, Joh. Albertus: Problemata quaedam anatomica
14. Spreckelsen, Hermannus, von: De sortitione
15. Stevike, Fradimus: Positiones juridical  
on materia jurisjurandi

1771  
Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to fading and the age of the paper.







COPIA

1717

Inhalt

JOHANN

1717



P. 179



DISPUTATIO JURIDICA

75.  
121.

De

USU FRUCTU,

5

Quam

1663, 4.

JOVA JUVANTE

In celeberrima Argentoratensium Academia,

SUB PRÆSIDIO,

V I R I

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI  
CONSULTISSIMI

DN. FRIDER. DECKHERRI,

J. U. D. Pandect. Professoris Ordinarij, Fa-

cult. Jurid. h. t. Decani spectabilis, Præceptoris & Pro-  
motoris mei, nullo non honore æternum  
venerandi.

Eruditis Examinandam

*Solemniter proponit*

HENRICUS Munter / Mindâ-  
Westphalus. Auth.

*In Auditorio Majori, die 17 Mensis ~~Maj~~ Junij.*

⚔:(o):⚔

ARGENTORATI,

Typis excudit, JOH. PASTORIUS.

ANNO M. DC. LXIII.



151  
MAXIME REVERENDO, MAGNIFI-  
CO, NOBILISSIMO DOMINO

DN. JOHANNI

*Baspelmacheren* /

ABBATI in Cœnobio *Marjenthal*  
eminentissimo.

SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI  
DN. AUGUSTI DUCIS BRUNSVI-  
CENSIIUM & LÜNEBURGENSIUM  
&c: &c: &c.

CAMERÆ CONSISTORII Ecclesiastici CON-  
SILIARIO intimo. Principatus Dannebergensis Su-  
PERINTENDENTI generalissimo. PRÆPOSITO  
Lüchoviensi vigilantissimo. PATRUELI  
ac Mæcenati meo Magno.

Ut Et

DN. DANIELI *Munter* / Senatus apud  
Mindenses Adseffori gravissimo.

PARENTI meo  
Omni filiali amore & obsequio piè colendo.

*Hasce meas Theses sacras constituo,*

*Henric: Munter.*

(3.)

Decorative initial letters and flourishes in three rows.

I. N. I. C. A.

Prooemium.

Jura in Re, quorum alii quatuor, alij verò quinque, (addentes quippe quatuor istis in l. 3. §. 12. ff. ad Exhib: recensitis, & quintum, jus scilicet hereditarium,) faciunt, Jurigenico natales suas debere, ex illorum inductione ad liquidum redigitur. Nam, Dominium, (quod inter ea facile principem locum obtinet, siquidem reliqua virtualiter includit, rectè enim Dominus sibi rei suæ alium heredem scribit, hypothecam constituit, possessionem rradit, servitutemque concedit.) ut & possessionem statim ab ipsa naturali apprehensione defluxisse, in aprico est l. 1. §. 1. ff. de Adq. vel amitt. poss. Occupatis autem, & distinctis postea rebus, factum, ut fundus fundi confinis, domus domi vicinæ obsequium desideraret, quo tandem servitus ista, quam realem dicimus, increbuit. Cumque tractu temporis, quidam copiâ rerum affluerent, quidam verò inopiâ laborarent, sensim & ista jura formari cœperunt, quibus vel alterius indigentiam sublevamus, unde servitutes personales, vel sublevanti rerum suarum securitatem præstamus, eumque in tuto collocamus, unde Pignus & Hypotheca profilierunt. Tandem cum & ipso fato docente homines addiscerent, rerum dominium in alium transferendum, subsecutum est jus hereditarium, quo bo-



21  
4.  
bona defuncti ad hæredem eius perferuntur, duplici quidem via, ex testamento nimirum, vel ab intestato, quæ species ultima, & huius juris hereditarii prima, naturalem suam originem ex cõjectura voluntatis humanæ trahit: Quænam autem ista voluntas humana sit, cum ipsa sana ratione, σοφὴν s. naturalem in liberos propensionem *lex 7. ff. de bon. damnat. l. 15. ff. de Inoffic. Testam.* sanè exprimunt. Et, intellexisse jam defunctorum voluntatem, *Plinius junior inquit*, pro jure est, cui etiam ad stipulatur omne in universum jus, dum ultimam hominum voluntatem favorabilem fovet. Quorum jurium introductorum ratio generalis, *quamvis non ita simpliciter sit de jure nature, est tamen adeò propinqua & adeò consentanea vel commoda nature, (vera verba Fr. Suarez: de leg. lib. 2. c. 20. n. 1. & 2. sunt:)* ut ex vi naturalis discursus statim appareat convenientia & moralis talium jurium utilitas, quæ homines induxit ad tales mores introducendos, magis necessitate exigente, quam voluntate, ut *Justinianus Imperator dixit: atque hinc singula nationes ad illa jura inclinant. Potuit præterea etiam intervenire traditio & mutua imitatio, inchoata à principio generis humani, & cum illo aucta & dilatata.* Quæ posteriora verba congruè per singulas species jurium in re deduci ac perlustrari possent. Verùm cum nobis hîc non liceat esse diffusioribus, sed studere, metæ nostræ quo propiùs accedamus; juvabit, istud in servitutum personalium specie longè excellentissima, **USUFRUCTU** nimirum observasse, & quid de illo Rom: Legislatores sanxerint gentiumque sancitis addiderint, aliquantum prolixius ediffertasse. Omnia legitimè quo succedant, ardentissimis suspiriis **Trinumum** nostrum invocamus.

*Adspira cœptis, Deus! & suscepta secunda.  
Pænes cœptos suscipiesq; Tuos.*

Th. I. An-

**A**Ntequam autem in ipsam rei tractationem nos immergamus. Placet ad methodum Jctorum felicissimam, teste Quintil. lib. 5. c. ult. in f. de **USUSERUCTUS** definitione Verbali, non quidem omni, ast præstantiori quæ in eo **HOMONYMIA** est, non nihil prælibare. Curiosus quare in verba, curiosiori nomine eum cum Cujacio in l. 58. ff. de V. O. vel Nudum, vel Plenum; aut, si mavult, cum Hottomanno l. 2. Cod. de *Vsufuct.* vel Nudum vel Mixtum. Famosiori verò & protritiori nomine **Formalem** vel **Causalem** appellabit, nam, nec & nos adedò delicatissimus, ut hæc verba, quamvis minus elegantia, ferre recusemus. Ubi enim de re constat, inanes multi in verbis laboramus. Et, cum **Vsufuctus** & **proprietas**, sint quasi partes domini integrantes, quid obstat, quo minus *ut* **proprietas** in nudam & plenam, eodem modo & **vsufuctus** rectè dividatur. Ex quibus tamen eum tantum qui **servitutem** proponit, qualis **vsufuctus formalis** est, ( licet & communi Dd. mente ad l. 19. ff. de *Vsufuctu* per metonymiam & ipsam proprietatem nonnunquam designet, ) thesibus hisce nostris considerandum relinquimus.

Th. 2. Definimus istum in universum, quod sit, **IUS UTENDI FRUENDI RE ALIENA**. Generis loco in definitione hac ponitur **jus**, quod vocabulum non **Proprietarium**, ejus enim respectu privatio est, sed **Usufuctuarium** respicit. Juris significationes multivarie & diversissimæ sunt, vide sis l. 11. de *just. & jur.* quatenus autem, ut hîc, ad personam refertur, qualitatem moralem personæ competentem, ad aliquid juste habendum vel agendum, demonstrat, quæ qualitas alio & uno nomine **facultas** dicitur. v. Grot. de *jur. B. & P.* lib. 1. c. 1. n. 4. quo in sensu & hic accipitur. **Servitutes** enim qualitates **juridicæ** sunt, in actione passioneque consistentes. Quibus tamen ei non detrahimus & istum sensum, quo est **jus in re** ex constituta **servitute** competens. Additur porrò **Differentiæ** loco, **IUS UTENDI FRUENDI**. quæ duo vocabula ita inter sese consociantur, quo prius rem penitus declarando non est, posterius autem **FRUI**, rem magis denotat, omneque emolumentum compendium & utilitatem ex eâ **provenientem** involvit. l. 7. pr. & § 1. l. 9. ff. de *Vsuf.* § 37. *Inst. de R. D.* **Dislociat Usufuctum ab usu**, qui etiam est **jus**

A 3

utendi

utendi non tamen fruendi, ab HABITATIONE, quæ est jus habitandi, & similior usui quam usufructui. Exprimit quandoque etiam hoc vocabulum FRUI, ea, quæ animi causa fiunt, ut in illo apud Claudianum, qui fruitur pœna, ferus est. Tandem concluditur RE ALIENA, quæ verba usumfructum formalem à causali sejungunt. Et est hoc objectum, omnium servitutum commune, per istud, nemini res sua servit. l. 26. de Serv. Præd. Urb. Nec officit, quod Dominus etiam habeat jus utendi fruendi re sua, utitur enim hic jure dominico, non jure servitutis. Reliqua verba, quæ in Instit. pr. h. t. huic definitioni adhuc subnectuntur, hîc excludimus. Nam ista Imperator tantum verum, nos autem hac nostra & quasi usumfructum definimus.

Th. 3. Dividitur ergò Vsumfructus in Verum sive proprium, & in Quasi sive improprium usumfructum. Quorum ille in re non consumtibili, hic autem in re consumtibili consistit, quæ divisio αὐτολεξεί quidem in iure habetur, non tamen est generis in species, tantum enim ratione objecti, non etiam formaliter differunt. Hujus quasi usumfructus causa ἀφοραλαξικὴ primum fuit testamenta conservandi studiū, quin autem jamtum introductus, & inter vivos (jura enim crescunt) rectè obtinere possit, ex inde emicat, quod Imperator noster pro vocabulo legari, quod est in l. 1. ff. de Vsumfr. earum rerumque usu consum. posuerit in §. 2. Inst. h. t. vocabulum istud generale, constitui. Causa efficiens est Senatus. Quo autem tempore & quibus Coss. hoc SCtum. in publicum prodierit, de eo nihil certi habemus, attamen, cum Nerva & Sabinus l. 3. l. 5. §. 1. ff. de Vsumfr. earum rerumque usu consum. hujus SCti mentionem faciant, & hi sub Tiberio florere, prodissse illud sub imperio Augusti Cæsaris verisimilem conjecturam facimus. Constituitur in rebus quæ usu minuuntur & consumuntur, quales sunt, vinum, oleum, frumentum, pecunia numerata: harum enim rerum non Usus, sed abusus est, adfirmante Boëtio in Topic. lib. 2. Vtimur his, inquit, quæ nobis utentibus permanent; his verò abutimur, quæ nobis utentibus pereunt. Quo sensu etiam apud Cornel. Nepot in Themist. pecunia perire dicitur. Vexata ad hæc Quæstio est: In Vestimentis qualis, an verus an quasi Ususfructus subsistat?

sistat? Dissonare in responsione audiuntur § 2. *Instit. h. t. cum l. 15. § 4. & seq. ff. de Vusufr. & l. 9. § 3. Vusufr. quemadmodum. cav.* iste enim § 2. quasi, hæc verò leges verum usumfructum in eis concedunt. Equidem Bachovio & qui ejus ὁμότροπος est Anton. Matth. quod si adsurgimus, Vestimentorum verum Usumfructum faciemus, cum vel hunc ipsa ipsorum natura, quæ ea usu non consumi, sed deteri, ostendit, sibi exposcere videatur, & hinc per incuriam Tribonianum appellationem vestimentorum isti §. 2. irrepsisse, cum iis contendemus. Verum, sit hæc illorum Tribonianum traducendi libido, nos tamen benignius, eorum plectro consonantiam horum locorum quæremus, qui vestimenta diversimodè, vel tanquam corpora, vel tanquam quantitates considerant, & de priori modo *Leges*, de posteriori verò §. 2. *Inst.* intelligunt. Rectius autem eorum, qui inter vestimenta pretiosa & servanda, nec non inter ea quæ cotidiano usui destinata corrumpuntur, & servando servari non possunt. *l. 22. Cod. de admin. tutor.* distinguunt. Ita quidem, ut illorum verus sit ususfructus, nam, attritio quæ sensim fit ac latenter, si modo plures diuturniori tempore eo utantur, non obstat vero Ususfructui, quippe cum etiam aliarum rerum, quæ usu non consumi dicuntur, modica sit diminutio. *videatur l. 15. §. 4. & 5. ff. de Vusufr.* Horum autem quasi Ususfructus, siquidem ea brevi temporis spatio ita atteruntur, ut sui nullum amplius præbeant usum: Et, res fungibiles, quorum usus in momentaneo vel celeri abusu consistit, non tantum objectum quasi Ususfructus constituere, pro argumento est, quod inscriptio tituli hujus ff. res quæ usu non modo consumuntur, sed & minuntur, suæ conditionis numerat. An ergò in ædibus, in equis &c. qui etiam longo usu atteruntur, quasi ususfructus constituatur, quæritur? Et respondemus quod non, cum non tam usu, quam tempore, quod edax rerum est, atterantur, & licet vel maximè equus operas suas non præstet, tempore tamen in deteriorem qualitatem abit.

Th. 4. Est autem hic quasi Ususfructus, cum & rei proprietatem quasi Ususfructuario concedat, plane & plene anomalus, nec servitus in se, sed demum ex intentione contrahentium quæ rei proprietarius in locum proprietatis, cautionem de re fructuaria, usu consumptibili, finito ususfructu in eodem genere, quantitate,

tate & qualitate restituenda, aut ejusdemæstimatione præstanda (nona utem de utendo boni viri arbitrato *l. 1. Vsufr. quemadm. cav* siquidem hanc cautionem rei dominus absurdè præstaret,) à quasi-Usufructuario suscipit, eaq; semel suscepta universus hic usufructus sustentatur. Quæ cautio non authore PRÆTORE, ut verus Ususfructus, sed ex SENATUS DECRETO (quo nomine communius SCta insigniuntur, uti colligere est ex *l. 32. §. 24. de don. jur. Vir. & uxor. l. 16. C. ad L. jul. de adult.* quam ob rationem etiam decretalis, in oppositione ad edictalem istam vocatur, ut ut aliàs quoque, quicquid Prætor & jus dicens sive de plano, sive pro tribunali, & causa cognita pronunciant, decretum & decretale appelletur: adde Rævard. *tract. pro tribun. c. 8.*) descendit. *l. 1. l. 2. & pen. ff. de Vsufr. earum rerum que usu conf.* Sed, quoniam infra ad verum Usufructum, de hæc Cautione nos prolixiores promittimus, hîc his de eâ quiescemus. EXTINGUITUR hic quasi Ususfructus, morte fructuarij, & capitis diminutione §. 2. *Instit. h. t.* Nobis adridet & tertium addere modum, Confusionem scil. Et, licet hac de re nullum expressum habeamus textum, tamen, cum ipso cautionis intuitu, concedens Proprietarius, & acquirens Usufructuarius salutetur, quin si alter alteri succedat, relatio hæc, ut pote quæ in uno eodemque subjecto subsistere non potest, tollatur, & sic ipsum hoc quasi Ususfructus jus necessariò extinguitur, nulli subdubitamus. Quomodo autem hic quasi usufructus à mutuo abeat, id pluribus accurratè docet Magni. Dn. Jctus REBHAN, DOCTOR ET PRÆCEPTOR meus omni honoris ac amoris titulo nunquam non observandus in Hodoget. jur. pag. 446.

Th. 5. Explicata jam QUASI-USUSFRUCTUS natura; illumque à vero Usufructu potissimum ratione objecti diversum esse ostenso, in facili erit naturam VERI USUSFRUCTUS scire, cum contrariorum contraria sit ratio, nempe proprium sive modum VERI USUSFRUCTUS esse, ut res Domino salva servetur, non consumatur, nec corrumpatur, neque in aliam formam transmutetur. *l. 13. §. pen. ff. de Vsufr.* prout ejus definitio manifestè docet, dum fruitionem rerum tantum, qua earum SALVAM SUBSTANTIAM, concedit, sive istæ res sint mobiles sive immobiles, sive animatæ, sive inanimatæ, sive corporales, sive incorporales, nihil interest,  
modo

modo sint alienæ, in commercio, & sub eo modo fruitioni accommodatæ, quo salva substantia proprietario restitui possunt. Hinc vasorum, vitreorum etiam & crystallinorum ususfructus benè constituitur. *l. ult. usufr. quemadm. cav.* Et quanquam hæc corpora ob fragilitatem suam usu consumi videantur; verè tamen utendo non consumuntur, sed casu, qui usui quandoq; accidit. Numismatum aureorum, argenteorum, quibus pro gemmis splendemus. *l. 28. ff. de usufr.* Statuarum & imaginum, *l. 41. eod.* Quorum ususfructus, si fortean propter emolumentum exiguitatem, cuiuspiam non ita facilis obveniat, eum potius in sensibus internis, quàm externis, quæret; siquidem & internorum sensuum fructus dicitur, nec summa semper (sed aliqua *c. 1. A. h. t. th. 21.*) in usufructu desideratur utilitas. *arg. d. l. 41. l. 12. §. 3. de usufr. l. 11. de usufr. ear rer.* Pecudum, quorum & foetus nomine ususfructus directè venit. *l. 68. §. 1. de usufr. l. 28. ff. de usur.* Aliud est in ancillis; nam, si vel maxime harum ususfructus alicui constituatur, partus tamen earum in fructu non est. *l. 28. de usur. §. 37. Inst. de R. D.* rationem diversitatis exhibent. *ll. cit.* quam præter adhuc alia dari potest; scilicet quia fructus propriè sunt qui nascuntur ex re, ut tali: Sic equulus gignitur ab equo, ut equo, partus autem non nascitur ab ancilla, ut ancilla, sed tanquam ab alio homine: operæ verò tantum ab ancilla, quæ ancilla, proveniunt & præstantur. Confer *Cujac. ad tit. de usur. & in l. 34. §. 2. de usucap.* Excipe tamè, si partus nominè tenus in usufructu relictus sit, quod si enim rectè legatur, rectè etiam in usufructu relinquitur. *d. l. 68. pr. de usufr.* An ergò omnium bonorum ususfructus rectè constituatur, scitè & ritè hic quæritur? quod ipsum cum aliis ex *l. 37. ff. de Usu & usufr. leg. l. 34. §. 2. de Usufr.* adfirmamus, ita tamen ut hæc loca terminis habilibus includamus, scilicet si inter vivos alicui ususfructus concedatur; & quidem ab eo, qui si moreretur, suo destitueretur herede, sin verò alius, qui suo herede gauderet, eum constitueret, is, neq; per pacta aut stipulationes aut quovis alio contractu inter vivos, neq; per ultimam voluntatem isti heredi legitimam gravare, nedum eam defraudare posset: nec extraneo, siquidem & hic jure falcidiam suam deduceret *l. 1. §. 9. ff. ad L. Falcid. Gail. 2. observ. 144.* Quo etiam facit, quod ususfructus omnium bonorum legatus, doctantis æstimationem excedere non debeat. *l. 29. ff. de Usufr.*

B

Th. 6.

Th. 6. In quibus rebus usumfructum constituit I. ut causa efficiens remota, Jus gentium, prout supra in proœmio ob rationem ibi adpositam diximus, cui & altera ex jure nostro civili rectè subnectitur *arg. §. 11. Instit. de R. D. & §. ult. Inst. de Usu & hab.* Quodsi enim jure gentium adquiri potest ususfructus, utiq; etiam jure gentium est. *adde Dn. Hahn. ad Wes. h. r. n. i. circ. fin.* II. ut causa efficiens proxima, Jus, idq; iterum vel per se, sola legis dispositione nullo facto hominis interveniente; Et ita 1. constituit Patri in bonis liberorum non emancipatorum adventitiis, per vim patrii juris, (uti salutatur in *l. 132. ff. de V. O.*) *vid. l. 6. Cod. de bon. quæ lib.* (quâ in lege generalis illa constitutio habetur, cujus meminit §. 1. *Inst. per quas pers.* quâ Justinianus, illud, quod circa bona materna & materni generis, item lucra nuptialia, jam ante à diversis Principibus statutum erat, *l. 1. 2. Cod. de bon. mat. l. 1. 4. cod. de bon. quæ lib.* ne planè ἀπὸ βόλῃ abiret, ad omnia bona adventitia produxit) nō tamē in quibuslibet, deducuntur n. ab his quæ in *lib. Basil. lib. 35. t. 3. L. 11. tom. 4. fol. 779. ἀποσπόσις* dicuntur, quorum species in ipsa exceptione *vide in Nov. 117. c. 1. Nov. 118. c. 2. Auth. Excipitur jvnct. Auth. Item Cod. de bon. quæ lib. l. 7. l. fin. §. 6. eod.* 2. in præmium emancipationis patri in dimidia parte bonorum emancipatorum, §. 2. *Inst. per quas pers.* & hoc, quoniam emancipatio beneficium est quærendorum bonorum. *l. 1. ff. si à par. quis man.* ubi & ista mens cuiquam venire posset, fieri hoc fiducia in emancipatione contracta, adeoq; non ipso jure, sed per contractum. 3. Matri ad secundas nuptias transeunti, iis in bonis quæ à marito priori, liberis superstilibus, habet, & in quæ paterna cum liberis successit. *Nov. 22. c. 23. & 46. §. 2. l. 3 §. 1. Cod. de secund. nupt.* Idem obtinet 4. in parente ad secunda vota perveniente. *l. 5. Cod. de sec. nupt. Nov. 22. c. 23.* In qua tertia & quarta juris constitutione, vocabulum constitutio, potius concessionis quàm constitutionis naturam induit. *Bachov. ad Treutl. th. 2. lit. D. h. t.*

Th. 7. Vel per alium, facto hominis interveniente, quiq; iterū vel persona publica, veluti Judex, ut in judiciis divisoriiis, familiæ eriscundæ, communi dividundo; quodsi enim res commodam divisionē non patitur, Judex ex officio alteri ususfructum, alte-

alteri proprietatē ejus benè adjudicat. *l. 16. §. 1. ff. fam. ercisc. l. 6. §. 10. ff. comm. divid.* quo in casu, huic, cui servitus constituitur, simul & actio confessoria datur: adjudicatio enim modus acquirendi ex jure Quiritium est. *Ulp. tit. 19 §. 11.* Vel privata veluti Dominus, sive verum; sive fictum, ut b. f. possessor, dominium habeat. *l. 11. §. 1. de public. in rem act.* sive rei in solidum, s. pro parte dominus sit. *l. 9. §. ult. l. 10. usufr. quemadm. cav.* sive plenum, dominium, *l. 21. cod. mand.* s. nudam tantum proprietatem habeat. *l. 63. h. t.* modo alienare possit. *l. ult. Cod. de reb. alien. non alien. l. 3. §. 5. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cura sunt.* Quin &, si vel maxumè tantum utile (nec enim adspernamur istam domini in directum & utile divisionem, licet *re. rā. lō pñlōv* in jure non præluceat, sed sensu elicienda) non etiam directum dominium habeat; qui sunt, superficiarius, emphyteuta. *l. 1. pr. quib. mod. usufr. amitt.* Quorum constitutio, licet ipso jure civili non subsistat, tuitio tamen prætoris sufficitur. *l. 1. §. 9. ff. de Superfic.* Idem & de Vasallo adfirmamus *arg. 2. feud. 8. vers. rei autem. §. 1. Inst. de us. & habit.* quicquid & alii *arg. 2. feud. 52. junct. l. fin. Cod. de reb. alien. non alien.* in cōtrarium colligant.

Th. 8. Præmissis hiſce de rebus, & de jure quod in iis usufructum constituit, accingimus nos ad modum, quomodo ergo usufructus constituatur, & methodicè cum Dd. inter Promissionem Constitutionem & Acquisitionem distinguimus: alio enim modo promittitur, alio constituitur, alio atq; alio acquiritur usufructus. hinc quando *in §. ult. Inst. de Servit.* Servitutes constitui posse pactionibus & stipulationibus dicitur, per figuram id fieri subintelligitur, sc. per causam remotam non proximam *D. Dr. Tabor in jurispr. elem. disp. 2. th. 14.* Promittitur autem usufructus vel ultima voluntate, vel inter vivos. Inter vivos, pactis & stipulationibus, *§. 1. Inst. h. t.* vel alio contractu, puta per emtionem & venditionem, per locationem & conductionem. *l. 8. §. ult. ff. de per. & comm. rei vend. l. 10. Cod. de Vsufr.* Ubi moves, Dominus potius qui locat usufructum, quàm qui condat, fruitur, adeoq; hic usufructus, ut alia res locata, transibit in heredem, quod tamen simul & naturæ usufructus, & expresso textui, qui est *in d. l. 10.* repugnat. Verum reponimus, penes dominum tantum usufructus causalis est, percipiendo enim mercedem, percipit & fructus, (licet

civiles *l. 39. ff. h. t.*) quo tamen non fruitur, fruitio enim omnem utilitatem involvit, imò nec servitutem in suâ re habet: penes conductorem autem residet ususfructus formalis, qui ut alius ususfructus morte finitur, nec est in heredes transmissibilis, prout adserit *d. lex 10. Ex die, in diem. l. un. §. 3. quando dies ususfr. leg. ced.* sub certa conditione. *l. 16. quib. mod. ususfr.* alternis annis & mensibus. *l. 34. ff. de usufr.* Nascitur ex eo jus ad rem & actio personalis, ad id, ut ususfructus per traditionem vel quasi constituatur. *l. pen. pr. cod. de usufr.* ultima voluntate, per legatum, *§. 1. Inst. h. t.* fidei commissum, aut mortis causa donationem, *l. 1. §. 2. ff. usufr. quemadm. cav.* Quale autem jus ejusmodi usufructuarius habeat, an in re, an verò ad rem, quæritur? Et concedimus jus in re, actionemq; confessoriam ei damus per *l. 64. ff. de furt. l. 1. cod. comm. de leg. junct. l. 25. §. ult. l. 10. de usufr.* transit enim legatum, & ante aditionem five agnitionem legati, actu primo in legatarium, sub conditione tamen resolutive.

Th. 9. Constituitur ususfructus, per sui dationem *l. 3. ff. de usufr.* quam vel exhibet ipse promittens, vel cui hic permittit. Quæ datio vera sit, si sit res mobilis, ficta, si sit immobilis, per in fundum vel ædes usufructuarias inductionem, clavis dationem, ostensionem & similia *l. 3. ff. de usufr. l. 18. §. 2. de A. R. D.* Quandoq; etiam per æquipollens, eorum scil. patientiam *d. l. 3. de usufr.* Quod autem constitutio à promissione hîc diversa sit, patet exinde, quod vel ipse qui concedit, vel heres ejus, adita hereditate id quod promissum est possidet, ideoq; verè per promissionem non constituitur, nisi hæc traditio vel qf. intercedat; nec acquiritur, per rationem eandem.

Th. 10. Ex qua constitutione, tanquam ex causa efficiente, progreditur ejus effectus, Adquisitio. de qua I. quæritur, quis usumfructum acquirere possit? Et respondemus per regulam, Omnis cujuscunq; conditionis & status homo, modo non sit rei, in qua, verus & solidus dominus, *arg. l. 26. de S. P. V.* nam si tantum rei pro parte Dominus est, rectè in ea usumfructum acquirat. *l. 9. §. ult. l. 10. ff. usufr. quemadm. cav.* Sic etiam civitas. *l. 56. ff. de usufr.* An & servus hereditarius? Ubi præmonendum, cardinem controversiæ in eo esse, an Dominum habeat, cujus jussu usumfructum acqui-

adquirere possit: quod, qui adfirmabūt, horū fundamētum fortassis hoc erit. Servi licet jure civili pro nullis, *l. 32. ff. de R. I.* & quasi non sint habeantur, *l. propen. ib.* ex persona tamen Dominorum *χαπανλιν-σιξοται* personantur, ut *Gloss. Græc. habet.* Jam servus hereditarius dominum habet. Vel enim ipsi dominus est, 1. ipsa hereditas *l. 1. §. 1. ff. si is qui testam. liber esse juss.* Vel per hereditatem, 2. Dominus defunctus, testator sc. cujus personam repræsentat. *§. 2. Inst. de hered. Instit.* Vel deniq; per eandem 3. Dominus futurus, heres, *l. 24. ff. de Novat. & de legat.* Et quanquam hi Domini, quoad ipsam veram jussionem, absentes sunt, nihilominus tamen servum, inter eos Domino fuuro, heredi, (cum & ignoranti possit, *§. 3. Inst. per quas pers.*) rectè acquirere. nec destitui eum Domini voluntate, siquidem adquisitio hæc ususfructus, prout donatio est, Domino rem familiarē auget, Dominus autem ipso jure in commoda sua consentire videtur, & rato habenti Domino, cujuscunq; modi possessio adquiritur. *Gloss. in Verb. Dominus creditur possidere. in fin. princ. l. 24. ff. de acquir. vel amitt. poss.* Verum, cum ususfructus servitus personalis sit, in cujus acquisitione, vera & præsens persona requiratur. *l. 61. in fin. ff. de A. R. D.* dictæ autem personæ tales non sint nec habeantur, rectiùs, *ad d. l. servum hereditarium ususfructum acquirere non posse, cum negantibus concludimus;* eo salvo, quod nihilominus tali servo ususfructus rectè legetur. *l. 26. ff. de stipul. serv.* Adquiritur ususfructus Domino per servum. *l. 15. C. de usufr.* Patri per filium; ubi illud attingendum, quod ususfructus patri per filium adquisitus, morte filii, patri superstite non intercidat; nec morte parentis, filio, uterq; enim eorum qui superest, fructuari<sup>9</sup> manet. *l. ult. Cod. de usufr. C. I. A h. t. th. 18.* Per modum agnitionis, si nempe fructuarius eâ mente utatur, ut ususfructum sibi adquisitum velit. *fac. l. 20. ff. quib. mod. usufr. amitt.*

Th. II. Ex dispositione hominis, quæ contingit in illa ususfructus promissione, quam *suprà th 8.* ultima voluntate fieri diximus. Ubi notandum 1. quod ususfructus duobus relictus, nonnunquam alteri adcreseat; Adcreseat autem quotiens duobus qui eum in solidum habuerunt, concursu divisus est *l. 3. ff. de usufr. adcresec.* cujus regulæ sensus est iste; jus adcrescendi ut locum habeat, oportet v. c. duos in re una eademq; ita esse institutos, ut

B 3

postea

Postea dum concurrunt, tanquam si solidum habuissent, partes  
 faciant, & si fortean, casu superveniente, actu non concurrant, pars  
 facienda (si scil. uterq; concurrisset) tacite jure alteri adcreseat.  
 Dn. Franzk. exerc. 7 q. 3. n. 19. adde Dn. Dr. Struv. in syn. jurispr. exerc.  
 12. th. 27. quod tamen ad legatarios verbis tantum conjunctos mi-  
 nimè extendendum. l. pen. de usufr. adcresec. aliud est in hereditate, ubi  
 nemo pro parte testatus, pro parte verò intestatus, decedere potest.  
 2. Quod dies ususfructus legati, non nisi ab adita hereditate, cedat,  
 ususfructus enim non est in heredes transmissibilis; l. 5. §. 1. quand.  
 dies legat. vel fideic. ced. & usufructuarius, non nisi adita hereditate,  
 fructus percipere possit. l. 1. §. 2. quand. dies usufr. leg. ced.  
 3. Monendum si ita legetur: Titio fundum detracto usufructu le-  
 go. Vel, Sejo ejusdem fundi usumfructum heres dato. quod  
 tum usufructus inter fructuarium & heredem non commu-  
 nicetur, aliàs autem communicatum iri l. 19. ff. de usu & usufr. leg.  
 cui legi in hoc cōtravenire videtur l. 6. ff. de usufr. quæ vult, ne com-  
 municetur usufructus, ut testator per modū, deducto usufructu,  
 leget. Verum, quo & ratio istius legis 19. pateat, & quomodo cum  
 dicta lege 6. conveniat, ob oculos ponatur; sciendum, quod vocula  
 Vel, in l. 19. si silico inclusa, expungi debeat, adeoq; duo quæ in ista  
 lege videntur exempla, nō nisi unum sunt, hoc autem fieri debere,  
 Haloandrinum exemplar, ut in quo ista vocula Vel non apparet,  
 ostendit, ostendente etiam voce relativa ejusdem, quæ manifesto  
 prius exemplum, & in eo vocabulum fundum, respicit Quibus ita  
 expeditis, talis figuranda venit species: Sempronius Titio legare  
 volebat nudā fundi proprietatē, ast ita non minus secundū regulam  
 in l. 6. Titius in partem usufructus perveniret, quo ergo modo  
 testator uti debeat, l. C. tus indicat, tali nimirum: Titio fundum de-  
 detracto usufructu lego: Sejo ejusdem fundi usumfructum heres  
 dato. Et secundum hæc, accipienda etiam sunt verba in Instit.  
 §. 1. h. t. si fundum legaverit deducto usufructu; quæ ibi otiosa non  
 sunt. Vel Legis & ita acquiritur usufructus, ut aliæ servitutes, per  
 longam quasi possessionem. l. ult. Cod. de præscr. long. temp. l. 10. ff. si  
 serv. vind. In Corpore, pro parte divisa vel indivisa. l. 5. ff.  
 de usufr. quatenus scilicet ipso corpore integro manente, intellectu  
 solum

solum partes sunt *l. 5. ff. de stipul. serv.* quod in usufructu ratione emolumenti æstimatur, usufructus enim plenissimam rei utilitatem tribuit usufructuario, ut hinc pro parte indivisa pluribus simul in eadem re optimè constituatur. *l. 1. §. 9. l. 81. ff. ad L. Falc.* Quæ divisio in Usu, qui tantum ad necessitatem conceditur, §. 1. *Inst. de usu & hab.* & cum nemo pro parte vivere, pro parte autem non, possit, non procedit.

Th. 12. Constituto usufructu, incumbit usufructuario  
 I. Inventarii confectio. *l. 1. §. 4. usufr. quemadm. cav.* eam quidem ob causam, quo appareat boniviratus, (ut Apuleii voce utar) sive, an rectè utatur, an itidem omnium, quorum usumfructum habet, eo finito, salvam restitutionem faciat. *vide Gail. 2. obs. 145. n. 10. & 11.* An autem necessariò ad ejusmodi descriptionem (nec enim ad instar Inventarii heredis, cuius mentio fit in *l. ult. Cod. de jur. delib.* conficere adstringitur) devinctus sit fructuarius, quæritur? quod adfirmant *Roland. à Valle tract. de Invent. quest. 212. n. 10. & Ioh. del Castillo tract. de usufr. c. 14. n. 4. & c. 15. n. 17. & seqq.* benè quidem, si nempe intelligant necessitatem, non absolutam, sed hypotheticam, ut nempe concedens usumfructum, inventarium fieri velit; aliàs enim & absolutè loquendo in sententiam negantium concedimus, *per l. 1. §. 4. usufr. quemadm. cav.* ubi arbitrio heredis & legatarii committitur, velintne conficere inventarium, nec ne. Consentientibus autem utrisq; in Inventarii confectionem, cuiusnam sumtibus confici debet? Et, cum utriusq; Inventarium fieri intersit; Stipulatoris, ut sibi optimè caveatur: Promissoris, ne plus justo oneretur, utriusq; impensis effici debere, concludimus. *C. I. A. ad tit. usufr. quemadm. cav. th. 8.* Quid autem si Inventarium nullum confectum sit? Usufructuarius, vel hujus fidejussores, tantum restituent, quantum in usumfructum datum esse probari potest, ubi jurata specificatio nonnunquam edenda. *Dn. Dr. Struv. exerc. 11. th. 67.*

Th. 11. II. Cautionis præstatio, ante enim fructuarius fructus suos non facit, quàm cautionem, se boni viri arbitratu usurum fruiturum, præstet, *l. 13. ff. de usufr. l. 4. Cod. eod.* Quæ cautio prætorica est, *l. 1. in pr. l. 5. §. 1. usufr. quemadm. cav.* & regulariter  
 fide-

824

fidejussoribus præstatur. *l. 7. ff. de prætor. stipul.* Cur autem in prætorii stipulationibus satisfactiones sive cautiones fidejussoriæ interponantur, de eo *Bachov. ad Treutl. Vol. 1 disp. 5. th. 2. lit. A.* hanc reddit rationem, quod cum immobiliū possessores non satisdant, & cautiones prætorix ut plurimum, super eo quod interest neq; certam æstimationem habet, interponantur, adeoq; non pignora, siquidem quæ & qualia interponenda, sciri non potest, sed fidejussores dari voluit prætor, quin & pignora multa incommoda, & maximè tædiosam custodiam habent. Quid itaq; si fidejussoribus quis ob paupertatem vel obscuritatem, aut aliam quamlibet difficultatem, cavere potest, an juratoriâ eam cautionem præstabit? Sanè ad normam stricti juris hanc quæstionem quod si examinamus, cum negatibus, ejusmodi hominem usufructu privandum esse, statuemus *C. I. A. th. 4. ad tit. usufr. quemadm. cav.* quotiens enim de cautione necessaria & idonea agitur, juratoria non sufficit. *l. 114. §. 12. ff. de leg. 1.* Contraria tamen sententia, ut æquitati & voluntati testatoris propior, in foro prævalet, modo 1. sit homo frugi & antique fidei. 2. juret se fidejussores habere non posse. 3. Quod rebus fructuariis boni viri arbitrato uti, easq; finito usufructu secundum formam *in l. 1. §. 3. usufr. quemadm. cav.* præscriptam, restituere velit. *Gail. 2. observ. 47. n. 8.* Ex quorum requisitorum primo colligere est, in hypothese, Judicis arbitrio committi posse, ut dignoscat, utrū res fructuaria, sub cautione juratoria, satis tutè usufructuario credenda, *adde Auth. Generaliter. Cod. de Episc. & Cler.* Aliàs enim & proprietario eam benè relinquit, ita, utis in vicem fructuum, certam pensionem annuatim usufructuario solvat: Quandoq; etiam tertio cuiquam, quo & hic loco commodi, quod ex usufructu percipit, usufructuario certum quid præstet. *inspice l. 21. §. fin. ff. de appell.*

Th. 14. Ex quibus facile talis suboritur quæstio, an ergò hæc cautio sit de substantia usufructus? Et respondemus 1. quod non. Omne enim quod est de substantia rei alicujus, illud ab ea nunquam abesse potest. At cautio hæc, (siquidem & ante & post rem fructuariam traditam interponitur, *l. 10. §. 1. de usufr. earum rer.*) quandoq; abest ab usufructu. Ergo non est de substantia ejus. 2. adfirmamus quod sit necessaria, sed hypotheticè, si nempe propriarius eam exigat. *l. 13. pr. ff. de usufr. l. 3. §. fin. l. 7. ff. usufr. quemadm. cav.*

Hinc

Hinc optimè contra petentem usumfructum excipitur, ut prius  
 satisdet. *d.l. 13.* quin & si plane omilla fuerit, condici potest. *d.l. 7.*  
*pr.* quare si exigatur & eam præstare tergiversetur fructuarius,  
 non ante fructus, quos percipit, suos faciet, quam cautionem hanc  
 præstiterit. *Gail. 2. observ. 46.* De qua cautione porrò controver-  
 titur. Num legans usumfructum, eam fructuario remittere pos-  
 sit? In qua negantium sententia usu fori potior est. *Gail. 2. obs. 145.*  
*n. 1. Dn. Dr. Richter. 1. decis. 19. n. 21. Dn. Hahn. in obs. ad Wes. n. 3.*  
*ff. usufr. quemadm. cav.* Ubi hic, Collegium JCorum in alma  
 Julia de hac quæstione ita pronunciaffe, refert. Ist sic (usufru-  
 ctuaria) gebührliche Cautionem fructuariam, dessen ungehindert/  
 daß der Testator ihr dieselben erlassen / zu bestellen schuldig. No-  
 bis placet per distinctionem respondere: & præmonemus, quod  
 hæc cautio clausulis absolvatur duabus; quarum una est, se boni  
 viri arbitrato re fructuaria usurum. altera, se finito usufructu rem  
 salvam restitutum. Illa remitti non potest, *l. pen. Cod. ut in pos-*  
*sess. leg.* præberetur enim per eius remissionem, occasio ad da-  
 mnum inferendum rei alienæ, quod sanè iniquum & contra jura  
*l. 27. §. 3. & 4. in f. ff. de pactis.* Circa hanc autem, iterum distin-  
 guimus, inter verum & quasi usumfructum; in hoc non remitti-  
 tur, ne scil. (quod & vel viro rerum suarum satagenti metuen-  
 dum) si res usu consumptibiles, nomine ususfructus, sine cautione  
 tradantur finito usufructu, actio quantitatis sive æstimationis, quæ  
 proprietario, ad res usufructuarias persequendas, competit. *l. 5. §. 1.*  
*Vsuf. quemadm. cav.* ei, fortè propter inopiam fructuarii, ina-  
 nis evadat, & ita proprietas omnimodo inutilis reddatur, contra  
*§. 1. Inst. de Vsuf. vide Dn. Dr. Struv. Exerc. 12. th. 70. Galvanum*  
*tract. de Vsuf. c. 20. n. 6. & seqq.* In vero usufructu autem remitti  
 quod possit, existimamus *l. pen. Cod. ut in possess. leg.* Nam, licet  
 in eo sit remissa, nihilominus propriarius habet actionem, in  
 rem, quâ, vel ab ipso fructuario, vel à quolibet alio possessore, rem  
 vindicare potest. *l. 3. §. ult. l. ult. Vsuf. quemadm. cav.*

Th- 13. Efficit hæc cautio, ut actio ex stipulatione cautionis  
 proveniens, competat in id, quod interest proprietarii vel termi-  
 nos ususfructus non fuisse excessos, vel res fructuarias fuisse resti-  
 tutas. *Franzk. in comm. ad Dig. h. t. n. 4.* Et à parte usufructuarii,  
 C quo

quo habeat actionem ad rem fructuariam consequendam. *l. 13. ff. de Usufr.* Quæ cautio non tamen ab omnibus præstanda, quibusdam enim ab ipsa lege remittitur. Ut I. Patri bonorum adventitorum filii fructuario. *l. ult. §. 4. in f. l. 6. §. 2. Cod. de bon. que liber.* Carpzov. part. 2. const. 11. defin. 5. Galvanustract. de usufr. c. 20. n. 2. tam ob reverentiam patri à filio debitam, *d. l. ult. §. 4.* quam quod pater semper liberis suis optimè velle, & hinc in illorum bonis optimè versari, à jure præsumitur. Unde Dd. colligunt, quod ob malam patris administrationem, ex qua metus est, ne funditus bona filii absorbeantur, rectè ab eo rerum securitas exigatur. Berlich. 2. decis. 160. Carpzov. part. 2. const. 10. defin. 9. n. 8. & 10. II. Ei, cui usufructu purè legato, proprietas ex die debetur, certum enim est, eum rei legatæ dominum existiturum. *l. 9. §. 2. usufr. quemadm. cav.* III. Fisco, qui semper locuples & solvendo præsumitur, *l. 1. §. 18. ff. ut legat. seu fideicomm. serv. caus. cav.* IV. Donatori, qui retento usufructu proprietatem alicui donavit, æquum enim est & receptum, ut mitius agatur cum eo, qui ex sua liberalitate convenitur. *l. 19. §. 1. l. 30. ff. de Re Iud. l. 28. ff. de R. I. Gal. 2. observ. 145. n. 12.*

Th. 15. Præstitis hisce à fructuario, consequitur jus in re, non quidem in ipsius rei substantiam, ( utpote quæ proprietarii est, ) sed in eius accidentia, fructus nimirum & alia emolumenta nomine fructuum venientia. Ex quo manifestum est, quod fructuarius propriè dominus non sit nec dicatur, ne quidem restrictione ea, qua dominus fructuum perceptione privatur, siquidem hæc privatio nihil de essentiali dominio detrahit, quare & nec quidquam eius in usufructuarium refundit. Quod autem usufructuarii nonnunquam Domini dicuntur, ut in Nov. 2. c. 4. Nov. 22. c. 45. Nov. 86. in præf. τῆς χρεῖστας κύριος, simulacrotenus hoc fit & κατ' ἀναλογίαν, quod scil. Dominos in multis imitentur casibus; nunquam tamen δεσπόται ( quo nomine aliàs veros dominos Græci salutant, ) eos nominatos legimus: κατὰ δὲ δόξαν quoque est, & non ex proprietate verbi, iidem si in *l. 8. pr. de reb. auth. jud. possess. titulo domini insigniuntur.* Jus hoc quod ad usufructuarium ex constituto usufructu pervenit, alio modo in eo bipartitum est. alterum  
omni-

omnino & merè personale. quod ex ipsa constitutione ita eius personam amplectitur, ut quamdiu ea constitutio durat, nulla via aut modo fructuarium derelinquere, seque ad alium conferre possit, quod, quo solidius exprimat, ossibus nostris adharere, à Dd. dicitur. Efficit hoc jus, ut, si vel maxumè res fructuaria per multas ambulaverit manus, nihilominus tamè eius ususfructus extinctio, in usufructuario primo, sive cui primum ususfructus constitutus, observetur. Ex quibus explicandum quod in *Inst. h. t.* dicitur; cedendo extraneo nihil agitur, scil. jure personali. *Auff sein ganzes Recht kan er seinen verzug thun.* Nam si hoc fieri posset, ampla sanè & protrita, ad inferendam proprietario injuriam, via esset. Senio enim qui confectus & jam annis fractus, alium atate florentem, rectè sibi usufructuarium substitueret. Alterum Reale, quod in utendo, fruendo & extra personam fructuarii subsistit; quod jus alteri rectius concedit, *l. 12. §. 2. ff. de usufr.* etiam invito proprietario *l. 67 d. t.* unde collige, quod proprietarius in vendendo, locando usufructu ab usufructuario, jus protimiseos s. jus congrui (ut quibusdam incongruè dicitur) non habeat. Ita tamen, ut respectu istius juris personalis, jus agendi ipse retineat. *l. 3. Cod. de Nov. & deleg. Bachov. ad Treutl. h. t. th. 10. lit. A. & B.*

Th. 17. Per hoc jus usufructuario competens, percipit omnes fructus, *l. 7. pr. ff. de usufr.* Naturales, qui vel sola natura operante, vel cultura & cura humana accedente, ex re nascuntur *l. 9. pr. l. 10. d. t.* non tamen, nisi aut ab eo ipso, aut alio eius nomine percipiantur, *l. 12. §. 5. ff. de usufr.* fructus enim quamdiu pendent, pars fundi sunt, *l. 44. ff. de R. V.* & tanquam fundi accessorium fundi dominum sequuntur; facto itaque aliquo opus est, non cuiuscunque separationis, seu ut fructus, à solo separentur; sed perceptionis, ut colligantur & avehantur *l. 31. ff. quib. mod. usufr. amitt.* sine eo enim fructus suos non facit, nec ad heredes transmittit. In quo à b. f. professore differt, qui indistinctè transmittit & fructus suos facit, utcunque à solo separati fuerint, quisquis separaverit & quoquo nomine, licet ipse non perceperit. *d. l. 13.* Ratio huius differentiae perspicua est; nam b. f. professor, jure soli & tanquam dominus (quod jus omnino à re in fructus,

ctus, qui semel eius pars fuerunt, continuatur,) fructus habet; fructuarius autem tali jure non gaudet, sed optimè scit se rem alienam possidere. *l. 10. §. 3. ff. de A. R. D.* & percipere fructus jure ususfructus, quod exercere non videtur, nisi vel ipse, vel alius eius nomine & jussu fructus naturaliter apprehenderit. *subtilissimus Hortensius ad §. 36. vers. quem pr. Inst. de R. D.* Percipit & reditus ex venatione, *l. 9. §. 5. l. 62. ff. de usufr.* quamquam venatio ( siquidem fructus propriè dicendo sunt qui nascuntur) propriè non sit in fructu; attamen quatenus ex ipsius occasione aliquid obvenit, eatenus etiam in fructu esse dicitur. *l. 26. ff. de Usur.* Quod fortean accidit, si fundus aridus in fructum datus, eo enim quo nihil actum sit, jus venandi concessum esse subintelligitur, nec duntaxat id, quod jure gentium, quo & quivis alius (sub metu tamen actionis injuriarum,) potest, sed quod & jure civili concessum, ceu ut ipse proprietarius venatur bestiasque capit. *Franzk. Exerc. 4. quest. 3. n. 12.* Quæritur ad hæc, an etiam usufructuarius quid de thesauro in suo fundo fructuario ab alio invento participet? quod ipsum negamus, ita arguentes. Ad quemcunque id tantum pertinet quod est in fructu fundi, ad eum non pertinet thesaurus in fundo inventus. Sed ad fructuarium tantum pertinet quod est in fructu fundi. (in eo enim consistit quidditas juris usufructuarii.) Ergo ad fructuarium non pertinet thesaurus in fundo inventus. Major sua luce radiat, nam thesaurus neque est fructus neque in fructu *l. 7. §. 12. ff. solut. matrim.* Minor ipsi essentiæ usufructus innititur.

Th. 18. Percipit itidem fructus Civiles, ut pensiones & quovis reditus ex ædificiis aut aliis rebus fructuariis *l. 7. §. 1. de usufr.* Qui usus rei pro quo pensio solvitur, si sit eiusmodi ut omni & quovis temporis articulo percipi possit, pensio, pro rata temporis, etiam ad fructuarii heredes spectat, licet, & moriente fructuario, dies solvendi nondum venerit. *l. 26. arg. l. 58. ff. de usufr.* Sin autem usus rei ab eo, qui causam à fructuario habet, certo & stato anni tempore percipiatur, ante usum perceptum, nihil de pensione s. fructu vel fructuarius vel eius heres consequitur. *arg. l. 8. §. 2. de peric. & comm. rei vend.* Diversa ratio est in marito circa fructus dotis, *l. 7. §. 1. solut. matrim.* cui pro rata temporis quo matrimonium stetit, propter onus matrimonii quod sustinet,

stinet, etiam ante maturitatem jus ad fructus quæritur; quæ ratio cum non in omnibus fructuariis militet, malè ad omnes à Cujac. *de feud. lib. 4. tit. 30.* extenditur. Ast, quoniam finito ususfructus tempore, facultas percipiendorum fructuum quoque finita, nec propriarius ulterius stare tenetur, puta locationi, &c. *l. 8 §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 9. Cod. locat.* rectè hîc dubitatur. Num etiam pignori dari possit ususfructus? Ad quam respondet ipse Ictus in *l. 11. §. 2. ff. de pignor.* & dicit; tuendum creditorem, contra quem ipso jure negatoria actione experitur propriarius: Tuendum, nimirum æquitate prætoria: quotiens enim eo verbo, *tueri*, nostri juris autores utuntur, actum quempiam summo jure non subsistentem significant, ut in *l. 1. pr. quib. mod. usufr. amitt. l. 1. §. ult. de Superf.* Et, quædam jure Quiritium, quædam jure prætorio aut tuitione prætoris subsistere dicuntur. *de quo Bachov. tract. de pign. lib. 2. c. 6. per tot.* Inquis, pignus propriè dictum constitui per rei traditionem, incorporalia autem, ut ususfructus, traditionem non admittere. Repono, est & quædam ficta traditio incorporalium per usum & patientiam. *l. 3. pr. de usufr.*

Th. 19. An autem propriarius consentiente fructuario in re fructuaria servitutem constituere possit? quarit & infimul negat Ictus in *l. 15. §. ult. ff. de usufr.* Et quanquam sunt qui textui vim inferunt, tamen & ex subinde sequenti lege 17. confunduntur & auctoritate librorum Basilicæ lib. 16. tit. 1. l. 15. in f. l. 16. pag. 252. tom. 2. in ruborem dantur, in illis enim verba ista: *ὅτε ὁ τὴν διασπολείαν ἔχων, δύναται παραχωρῆσαι δουλείαν, ἢ τε ἐπιδεινῶναι, καὶ ἂν συναυτῆ ὁ τὴν χρῆσιν ἔχων, εἰ μὴ ἄρα ἢ μίλλει δι' αὐτῆς ὁ τὴν χρῆσιν ἔχων βλάβησιν.* ita vertuntur. *neque proprietatis dominus servitutem remittere, neque imponere consentiente fructuario potest. Nisi quæ fructuario non officiat.* Cuius si in rationem inquirimus, vix alia dari potest, quam naturam servitutis abhorre ab eiusmodi constitutione, eius enim genius est, constitui ab eo penes quem plenum est dominium; & certè usufructuarius nisi tacitè domino proprietatem velit addicere, & sic statuere quod statuendo tollitur, in talem servitutis constitutionem facilis consentire non potest. Tandem & concedenda sunt usufructuario omnia ea adminicula, quibus si destitueretur uti frui non posset *l. 1. §. 1.*

2. 3. *fin. si usufr. pet. l. 10. de servit. pred. urb.* potest etiam dominum cogere ut arbores vento dejectas tollat *l. 19. §. 1. de usufr.* Sed vide sis latius hæc omnia diffusa in *C. I. A. h. t.*

Th. 20. Cæterum jus suum constitutum & acquisitum tuetur usufructuarius actione confessoria *l. 1. & t. t. si usufr. pet.* datur autem hæc actio & usufructuario possidenti, qua ratione discrepat à rei vindicatione quæ nunquam possidenti datur, imò in universum in controversiis rerum corporalium ei qui possidet actio non est prodita *§. 2. inst. de action.* uno casu excepto, quem adhuc dum quærere licet in digestorum libris, sed vix invenire, quo tamen non dicimus Justinianum nos ad capras sylvestres ablegasse, attamen quam difficilis sit ejusmodi indagatio ex indagatorum variis quæ institerunt diverticulis in propatulo est: nos illum in *l. 9. ff. de R. V.* haberi opinamur, quod ἐν παρόδῳ, Domino igitur hæc actio non datur, si enim ille in possessione rei suæ impeditur, alias actiones habet, quæ in hoc præditæ sunt, ut unicuique suæ possessiones, sine impedimento, liberæ sint ac salvæ. *Wesenb. in παρ. ad tit. si usufr. pet. n. 5.* Datur autem contra quemvis prohibentem qui quoque modo impedit *l. 5. §. 2. d. t.* Veniunt in hanc actionem fructus, quos fructuarius percipere potuisset nisi à reo impeditus fuisset. *d. l. 5. §. 3. 4. ult.* Denique habet actionem utilem pluviae arcendæ *l. 22. de aqu. & aqu. plu. arc.* Ast, non habet actionem arborum furtim caesarum, *l. 5. §. 2. arb. furt. cas.* causa enim huius actionis est in dominio. Verum cum pluviae arcendæ actio tantum etiam prodita sit domino, *l. 4. de aqu. & aqu. plu. arc.* & nihilominus fructuario utilis pluviae arcendæ actio tribuatur *d. l. 22.* non malè quis cum Gloss. istam *l. 5. §. 2. arb. furt. cas.* de actione directa exaudit, ut utilem etiam usufructuario concedat. *Dn. Dr. Tabor in Racemat. Crimin. defn. ad t. 7. arb. furt. cas. n. 36.* Plures actiones & remedia usufructuarius quæ habet, videri possunt, in *l. 17. §. ult. l. 7. §. 1. l. 12. §. ult. de usufr. l. 35. de usurp. l. 3. §. 13. & seqq. l. 9. §. 1. l. 10. l. 11. de Vi & Vi arm. l. 2. §. ult. si serv. vind. l. 6. quib. mod. ususfr. amit. adde C. A. I. ff. 7. th. 38.*

Th. 21. Tandem & onera usufructuario subeunda, ad quæ, dictis hisce de eius commodis, descendamus. Sic præstat culpam & diligentiam. Illam quidem ut absit, hanc ut adsit. Illam

lam ut de ea seu ob eam teneatur, hanc ut ad eam teneatur; vel certè ob hanc omiffam, & illam admissam: quod exemplum exhibet istius regulæ, quam Scholiastes ad Electra Sophoclis *vers.* 183. refert: πολλὰνὺς τὸ κατὰ κοινὴν λαμβανόμενον διαφόρως νοεῖται. Sæpe verbum quod ad communionem adsumitur (sermo Papiniani est in *l.* 77. §. 22. de leg. 2.) diuersa in significatione accipiendum est. Volumus autem tantum diligentia mediocris, huicque opposita levis culpa præstationem. *l.* 9. §. 2. *l.* 65. ff. de usufr. Quod autem in *l.* 1. §. ult. usufr. quemadm. cav. usufructuarius omnem rei curam suscipere dicitur, id non de omni genere diligentia, sed ratione varii generis curarum, accipiendum est: sic omnem rei curam debet suscipere; rem scil. custodiendo. *l.* 2. usufr. quemadm. cav. factas & tectas res habendo *l.* 7. §. 2. ff. de usufr. non verò si quæ ædificia vetustate corruissent, & præter naturam suam damnum accepissent, præstare tenetur. *d.* *l.* 7. §. 2. 3. sicut nec alios magnos sumptus facere obligatus est. *l.* 7. Cod. de usufr. quos, si vel necessitate urgente, vel alia iusta de causa impendit, eos repetere, *d.* *l.* 7. aut retentione rei fructuaria, finito usufructu, sibi de iis prospicere potest. *l.* 14. ff. de dol. mal. except. Sicut & contra propriarius modicas impensas, quas fortè ante quasi traditionem usufructus fecit, consequitur. *l.* 50. ff. de usufr. Dn. Franzk. in comm. ad h. t. de usufr. n. 19.

Th. 22. Tenetur etiam tributa, salaria, vectigalia, & alia tam ordinaria quàm extraordinaria onera solvere. *l.* 7. §. 2. ff. de usufr. *l.* 28. ff. de usufr. leg. quo etiam pertinent sumptus in milites inhospitatos faciendi *l.* 27. §. 3. ff. de usufr. vide Dn. Dr. Tabor comment. de metat. c. 3. n. 20. Tributa siquidem onus fructuum sunt *l.* 13. de impens. in res dot. & in vectigalibus ipsa prædia non personas conveniri, dicitur, in *l.* 7. ff. de public. & vectig. non enim hîc quæritur quis rei dominus sit, sed tantum quis rem possideat. Dn. Franzk. h. t. de usufr. n. ult. Nisi sit ultra modum fructuum impensum, hoc enim à proprietario refundendum est. *l.* 7. Cod. de usufr. arg. *l.* 7. §. 1. de impens. in res dot. fact. *l.* 30. §. 1. de leg. 3. confer. Caspar. Klock. de Contrib. c. 11. n. 115. & seq Nicol. Festas de collect. p. 2. n. 28. Dn. Hahn. h. t. n. 5. in f. Vel, si mavult, potest proprietario usumfructum cedere, & sic onus, quod impendet, subterfugere.

Th. 22. Dicta

Th. 23. Dicta hæc sunt de ususfructus acquisitione & conservatione, suggredimur jam ad eiusdem finitionem & amissionem. Ubi præcipiendum est, aliquid interesse discriminis inter amissionem & finitionem: ita, ut ususfructus non dicatur amitti per se, sed alieno eventu, antequam ipso jure finitus sit. Finiri autem suo quasi ipsius fato. *Hortensius ad §. 3. Inst. de usufr.* Quamvis indiscretim aliquando hæc voces ponantur, ut in isto ipso d. §. 3. Finitur igitur in specie I. morte usufructuarii naturali, siquidem personæ cohæret, quare & ut alia personalia, unâ cum persona extinguitur. *l. 3. §. fin. quib. mod. usufr. amit.* Quod aded verum est, ut etiam expressa hæredum mentione facta, attamen ultra primum haud extendatur. *arg. l. 14. Cod. de usufr.* Dicis, etiam obligationem esse jus personale, & tamen transire ad hæredes? quod quomodo fiat de eo in ipso congressu videbimus. Ususfructus Reipublicæ relictus centum annis extinguitur, *l. 56. ff. de usufr.* nam, Respublica æstimatur ὡς μακροχρόνιος ἔνδραπος, longissimum autem spatium senescendorum hominum, est spatium 100 annorum. *Cujac. in comment. de divers. temp. præscript. c. 34.* ubi etiam respondet ad *l. 68. de leg. falc.* Quid autem hîc in finitione ususfructus filiofamilias vel servo constituti, speciale fit, supra *th. 10. in f.* attigimus. II. Si tempus, ad quod legatus erat ususfructus, elapsum sit. *l. 5. l. 12. pr. Cod. de usufr.* Quod si autem sub conditione, cuius eventus incertus est, ususfructus alicui legetur, veluti donec filius testatoris in furore remanserit, vel donec mentis compos fiat; statim atque resipuerit, finietur ususfructus, quia conditio existit, eo verò præmoriante adhuc furioso, non nisi morte fructuarii extinguetur. *d. l. 12. §. fin. Perez. in Cod. de usufr. n. 23.*

Th. 24. In specie amitti dicitur, si vel in persona vel in re quid accidat. In persona quid accidit dum fit huius juris incapax. I. per capitis diminutionem maximam & mediam *l. pen. Cod. de usufr.* Nec dicendum, quod tamen quamplurimi solent, per hanc legem pen. corrigi *l. 1. pr. & §. 1. l. 3. pr. l. 14. quib. mod. usufr. amittit.* quod enim in dictis legibus simpliciter traditur capitis diminutione usumfructum perire, ex *d. l. pen. de maxima & media*

intel-

intelligendum II. si sit culpofus & defes in ulu : aut non utendo per tempus, quod Iuftinianus revocavit ad ea fpatia, quæ ipfe præfinivit ufucapionionibus *l. pen. §. 1. Cod. h. r.* & quidem, fi tota re non ulus fit, totus ufusfructus: fin parte aliqua divifa vel indivifa, ex parte folum amittitur *l. 14. & 25. quib. mod. ufusfr. amitt.* aut non utendo per modum utendi, in conftitutione præfcriptum, τὰ τρέπον ὀριζόμενον Theoph. *arg. l. 2. de aqu. quotid. l. 10. §. 1. l. 11. l. 18. quem ferv. amitt.* quafi omninò non uti frui videatur, qui non eo modo, quo debet, utitur: vel per modum à lege definitum, quando nimirum rem ex malitia aut culpa lata deteriore reddidit. *arg. l. 9. §. f. de damn. infect. Auth. qui rem. Cod. de SS. Eccles.*

Th. 25. Si quid in re eveniat amittitur ufusfructus. I. Rei mutatione & interitu. Sic ædibus incendio confumptis, ne area quidem debetur *§. fin. Inftit. h. r.* quia ædes amplius non funt aut nominantur: & ex contrario, fi area fructuarie domus impofita fit, ufusfructus interit. *l. 5. §. 2. quib. mod. ufusfr. amitt.* quia etfi area maneat, & cedat ei fuperficium, tamen res mutationem accepit, & mutatio eius rei cuius legatus aut concessus eft ufusfructus, ufumfructum vel eius obligationem extinguit, finitur enim ufusfructus his verbis; falva rerum fubftantia: impofito autem ædificio, falva non eft area fubftantia fimplex: nec enim eft jam area fimpliciter, fed domus: nec totum (ut fuit ante,) fed pars. *Cujac. ad Afric. tract. 5. l. 36. de ufuf.* Et hoc procedit, licet vel omnium bonorum ufusfructus fit conftitutus, non autem fi legatus, legato enim tali ufufuctu, nihilominus confumto ædificio, area rectè petitur. *C. I. A. ad tit. de ufuf. th. 19.* Hoc fpeciale eft in ufufuctu, quod etiam reftitutis ædibus, non redintegretur *l. 36. pr. de ufuf. l. 10 §. 7. quib. mod. ufuf. amitt.* fecus ac in fervitutibus realibus *l. 20. §. 2. ff. de S. P. V.* Ratio à Franzk. *in comm. ad π. h. r. n. 7. ex Hortensio ad §. 3. Inft. de Vufuf.* hæc redditur, quod liceat in fervitutibus eadem domus non fit, quæ reftituta eft, quæ caufa eft cur ufusfructus non redintegretur, tamen eandem caufam aliquantò ftrictius interpretamur, ut fcil. quàm citiffimè fieri poffit, ufusfructus reddatur fuæ proprietati, quæ aliàs, eo femper abfcedente, fieret inutilis. *arg. l. ult. l. 22. de leg. 1.* II. Confolidatio-

D

datio-

datione §. 3. *Inst. h. t.* ita dicta, à solido jure, solida proprietate, *l. 9. §. ult. de aqu. aqu. pluv. arc.* Quæ fit, si usufructuarius proprietatem rei fructuariæ, vel fructuarius rei proprietatem sibi acquirit *l. 17. ff. quib. mod. usufr. amitt.* Hinc non inconcinnè duas consolidationis species facit. *Bachov. in comm. ad Instit. de usufr. §. pen. & ult. n. 6. ferè in fin.* III. denique, amittitur usufructus, cessione facti, §. pen. *Inst. de usufr. l. 66. de jur. dot.*

Th. Ult. Affinia jura usufructus sunt, I. Dominium, quod quemadmodum ab usufructu differat ex superius dictis claret. II. Feudum, à quo tamen multis modis abit: Usufructuarius enim optimè, & invito Domino, Usufructum alienat, *l. 67. ff. de usufr.* Vasallus feudum sine consensu Domini alienare non potest. *2. feud. §. 2.* Usufructuarius alium in usufructu, scil. in suo jure personali, substituere non potest, *respice sup. th. 16.* Vasallus rectè alii feudum in feudum dat, *l. jus subinfeudandi habet. 2. feud. §. 1. vers. Per feudum tamen.* Usufructus constituitur & in rebus mobilibus & immobilibus, Feudum autem non nisi in rebus immobilibus. *2. feud. 1. vers. sciendum est autem.* Usufructuarius rem ædificando vel alio modo non potest imutare, *l. 44. de usufr.* rectè autem potest Vasallus, modo feudum non reddatur deterius, *2. feud. 28. vers. Vasallus.* Neque potest fructuarius rem vindicare; bene autem Vasallus. *2. feud. 8.* III. Emphyteusis. IV. Superficies. V. Habitatio. VI. Usus. Sed  
 nos abrumpimus  
 filum.

DEO ferentes gratias.

Ad Præ



*Ad Præcellentem & Eximium Dominum  
Respondentem.*

**P**Ræmia non tribuit victrix sine pulvere fama:  
Nec imputata floret usquam vinea.  
Nec Cererem reddit fundus non vomere scissus  
Sudore M U N T E R atque sanguine est opus  
Non fors, non Virtus, non Artes aëre lapsas  
Cuique oscitanti devolant statim in sinum.  
Multa ferat faciatque cupit qui vivere felix:  
Ad astra enim deducimur laboribus.  
Sic multo studio M U N T E R magnoque labore  
Cedat Tibi mox parta juris laurea.

*scrips. benevolo affectu*

Fridericus Deckherr D. Pand.  
Prof. Ordinar. & h. t. Facult. Jurid.  
Decanus.

---

*Ad literis juxta & morib. perpolitum  
Dominum Respondentem.*

**P**uignas, & benè sedulus corollam,  
Brabeumque petis, petis laborum  
Levamenta, subinde qua sequentur.  
Cognomen stimulus videtur esse,  
Sic tam strenuus & laboriosus  
Incumbis studiis, vacasque Musis.  
Libris assiduus tibi teruntur

D 2

Soles,

Soles, pallida Luna conspicatur  
Quamsepiſſimè Corpori incubantem  
Juris, te Themidemque deperire.  
Accusant alii fugam dierum,  
Quas dicunt rapidis abire plantis:  
Verùm non fugit hora, nos sed horas  
Ac annos fugimus: vide terentem  
Munterum benè tempus, atque tende  
Is quò tendit iter, comes sequetur  
Brabeum, capitique mytra, laudes.

scrib. amicitiae & amoris mnemosynon

Joh Philippus Kraus.

---

**E**st fructus cordi, de fructu differis arte.  
Mox fructus Themidis colligis arte Tibi.

fratri

Gerhardus Ericus Munter.  
LL. Stud.

F I N I S.



Strassburg, Diss., 1663-64

ULB Halle 3  
002 275 287



f

Sb.

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

DISPUTATIO JURIDICA

75.  
121.

*De*  
**USU FRUCTU,**

5

Quam

1663, 4.

JOVA JUVANTE

In celeberrima Argentoratensium Academia,

SUB PRÆSIDIO,

V I R I

*MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI  
CONSULTISSIMI*

**DN. FRIDER. DECKHERRI,**

J. U. D. Pandect. Professoris Ordinarij, Fa-

cult. Jurid. h. t. Decani spectabilis, Præceptoris & Pro-  
motoris mei, nullo non honore æternum  
venerandi.


Eruditis Examinandam

*Solemniter proponit*

**HENRICUS Munter / Mindâ-**

Westphalus. Auth.

*In Auditorio Majori, die 17 Mensis ~~Maj~~ Junij.*



ARGENTORATI,

Typis excudit, JOH. PASTORIUS.

ANNO M. DC. LXIII.